



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

L. Markgraf Ludwig verpfändet an Dietrich und Nicolaus von Brederlow das
Goltizbruch, im Jahre 1338.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XLIX. Markgraf Ludwig befehlt die von Wynningen mit dem Dorfe Glasow,
am 2. Dezember 1338.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuis viris C. et Ottoni, patruis, dictis de wynningen, fidelibus nostris dilectis, ipsorumque veris et legitimis heredibus singula et vniuersa bona, quondam per strenuum virum hennigum de wynningen bone recordationis rationabiliter et rite tenta, possessa et habita, villa Glasow cum suis pertinentiis duntaxat excepta, prout in nobis est, et ut ipsa sibi de iure conferre potuerimus sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidenda. Volentes ipsos circa premissa bona pro ipsorum iuribus, dum per ipsos requisiti fuerimus defensare, et quorumlibet iniuriis insultibus et inpeticionibus tanquam ceteros vassallos et subditos tueri pariter et fouere. In cuius etc. Testes Johan Büch, Beringerus, Heylo, Johan Hufener, milites, Haffo de wedel, Tydeko Breyderlo cum ceteris. Datum Kungesberg, anno domini M^o.CCC^o.XXXVIII^o., feria quarta post diem beati Andree.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

L. Markgraf Ludwig verpfändet an Dietrich und Nicolaus von Brederlow das Goltizbruch,
im Jahre 1338.

Nos Lvdouicus etc. Quod contulimus et conferimus fidelibus nostris Tyderico et fratri suo nec non nycolao, eius patruo, dictis de Brederlo, eorumque veris heredibus lignetum cum palude situm inter villas Rube et goltiz, quod dicitur Goltizbruk, in dextera parte vie, que tendit a predicta villa Rube versus villam predictam goltiz et vltius descendendo vsque ad villam dobberpul cum pascuis et graminibus, nec non vniuersis vtilitatibus, quibus idem possidemus, iusto iure pheodi possidendum. Tali cum condicione interposita, quod eadem bona redimere possumus pro LX^a marcis argenti Brandenburgensis ponderis et monete ad beneplacitum nostrum ab eisdem. Testes dominus Johan de büch, yfoldefriet, Heylo, Hufener, G. wolf, wedko de wedel, Johan de cloden.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).